



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 117. Aldobrandinus Cardinalis in Papam electus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI. rum adventus ad momenta expecta-
 A.C. 1592. batur: insuper Montaltus Ascolum, &
 Paleottum ad sua studia attrahere irritu
 licet conatu tentabat, Madrutius quo-
 que quosdam Hispanicæ Nationis clien-
 tes Sanseverino conciliare nitebatur;
 verum oleum, operamque perdidit;
 illi enim, qui huic Cardinali adverfa-
 bantur, tanta vi sese opponebant, ut
 nil certius esse crederent, quam illum
 a Pontificatus honore exclusum iri. Sub
 idem tempus advenerat Joyosa Cardi-
 nalis, qui quamvis ab utraque parte
 vehementer sollicitaretur, nulli tamen
 sua studia addicere voluit: demum va-
 riæ hæ sollicitationes durabant usque ad
 vigesimam sextam Januarii diem, qua Car-
 dinalis de Rouere mortalitatem exiit:
 cum autem Sanseverini fautores de il-
 lius electione desperarent, Madrutio
 favere cæperant, illumque abs dubio ad
 sacram Sedem evexissent, si Montaltus
 ipsius causam sincero animo promo-
 visset.

§. CXVII.

*Aldobrandinus Cardinalis in Papam
 electus.*

*Thu l. 103.
 Ciac. t. 4.*

Rebus ita constitutis Aldobrandinus
 Cardinalis ab universo sacro Colle-
 gio plurimi habitus proponebatur; il-
 lum enim Perettus præ ceteris eo tem-
 pore

pore, quo ferme nullus in eum oculos ^{Sæcul. XVI.} conjecerat, selegit, ipsiusque nomina- ^{A.C.1592.} tio tantopere omnibus grata accidit, ut die vigesima nona Januarii omnium ferme suffragia in eum conspirarent, atque altera die trigesima ejusdem mensis communi omnium voto in Papam eligeretur: ergo quantocius Pontificali habitu ornatus ad sacellum Paulinum deducitur, ac pro more ibidem officiose salutatus, in suam electionem consentire rogabatur: ast ille in Cathedra sibi parata confidere renuens, in terram sese prostravit, precatus, ut Deus, si ejus electio Ecclesiæ proficua non foret, potius ab eo animam suam peteret.

§. CXVIII.

Neo - electus Papa nominatus Clementis VIII.

Postea Pontifex e terra surgens, quod ^{Oldoin. in add. ad Ciac. pag. 265.} Clementis VIII. nomen assumeret, declarabat, cunctosque Cardinales tenero affectu complexus demum solitis solemnitatibus ad Basilicam Divi Petri, inde vero in Vaticanum deducebatur palatium. Tum annum ætatis suæ agebat quinquagesimum sextum, die autem secunda Februarii Alphonsus Gesualdus Cardinalis Ostiensis Episcopus pro more inaugurationi Pontificiæ so-